

CLEMENS VII. UND KARL V. ZU BOLOGNA 1533.

VON

Dr. STEPHAN EHSES.

Das hier folgende Dokument zeigt seine Wichtigkeit schon durch die Aufschrift an. Wie im Jahre 1529/30 zum Zwecke des endgültigen Friedensschlusses und der Kaiserkrönung, so trafen drei Jahre später Clemens VII. und Karl V. wieder in Bologna zusammen, um sich über alle wichtigeren Fragen der kirchlichen und politischen Lage persönlich miteinander zu besprechen. Der Papst kam in Bologna an am 7. Dezember 1532 und blieb daselbst bis zum 10. März des folgenden Jahres. Karl V. traf, aus dem Reiche kommend, am 13. Dezember 1532 ein und reiste am 28. Febr. über Mailand nach Genua weiter, um zu Schiff nach Spanien zurückzukehren ¹⁾. Es war längst bekannt, dass in Bologna Verhandlungen und Abmachungen wegen des Concils stattgefunden haben; denn gerade aus der Zeit dieser Zusammenkunft datiren viele diesbezügliche Breven des Papstes an Könige, Fürsten und Stände ²⁾.

¹⁾ Blasius de Cesena, *Itineratio secunda Clementis P. VII. versus Bononiam*. Bibl. Barberini Cod. XXXV, 45 f. 155 sq.

²⁾ Pallavicino l. III, c. 12. Vergl. Le Plat, *Monumenta Conc. Trident.* II, 510 sq. Eine umfassende Zusammenstellung, durch Aleander aus den Originalminuten des vatikan. Archives besorgt, findet sich Cod. Vatic. 3914.

Auch der Vertrag vom 24. Febr. ist nicht unbekannt, er ist abgedruckt in den *Papiers d'état du Cardinal de Granvelle*, II. 1. sq.; aber merkwürdiger Weise ist derselbe gleichsam vergessen geblieben, da z. B. Cardinal Hergenröther in seiner sonst so vorzüglichen Fortsetzung der Conciliengeschichte, Bd. 9, S. 800, wo die Concilsfrage bei Gelegenheit der Tage in Bologna eingehend behandelt ist, des Vertrages keine Erwähnung thut. Ebenso wenig andere Werke, welche die Vorgeschichte des Concils von Trient zum Gegenstande haben. Es mag dies daher rühren, dass den Herausgebern der *Papiers* nur eine Copie vorlag, ohne die Unterschriften von Papst und Kaiser, ohne die Originalaufschrift, ohne Beweis der Authentizität. Da nun ausserdem der Abdruck in den *Papiers* zahlreiche Lese- und Schreibfehler, u. a. auch eine verdorbene Datirung enthält, und es mir gelang, das Original der *Bulla secreta* mit den Unterschriften der Contrahenten aufzufinden, hielt ich den Neudruck des Dokumentes nicht für überflüssig, da dasselbe gleichsam wie eine grosse politisch-kirchliche Rundschau die Lage von ganz Europa und darüber hinaus in seine Betrachtungen zieht. Ueber jeden der 8 Punkte, die wir im Drucke abgesondert haben, liesse sich eine längere Abhandlung schreiben, was indessen nicht Zweck dieser Zeilen ist. Nur über den Befund und die Form des Dokumentes ist noch einiges zu sagen.

Ich fand dasselbe unter den *Instrumenta Miscellanea* des vatikan. Archives. Armar. XI. cap. 11, n. 67. Es ist ein grosses Pergamentstück von ungefähr 80 cm. Breite und 50 cm. Höhe; ausserdem ist unten ein Rand von c. 12 cm. nach innen eingeschlagen. Daran hängt links die Bleibulle Clemens' VII. in ganz vorzüglicher Prägung: auf der einen Seite der Name des Papstes, auf der andern in der Mitte ein Kreuz, auf den Seiten die Häupter der beiden Apostelfürsten, unten das Wappen der Medici, die Bulle mit Fäden von rother und gelber Seide

durchzogen und in das umgefaltete Pergament geschlungen. Auf der rechten Seite das grosse Originalsiegel des Kaisers, mit einem Pergamentstreifen befestigt. Näher konnte ich dasselbe nicht untersuchen, weil eine umgebundene Papierhülle die Bitte der Archivbeamten trug, das Siegel nicht zu öffnen, da es zerbrechlich sei. Die Unterschriften des Papstes und Kaisers sind eigenhändig: Clemens unterzeichnet mit Ita est. J., ein Handzeichen, welches möglicherweise noch aus seiner Cardinalszeit stammen könnte; Karl V. schreibt abgekürzt Carol. Die Namen der Geheimsekretäre, Jacob Salviati auf päpstlicher und C. Francesco de los Covos auf kaiserlicher Seite stehen auf dem umgefalteten Pergamentstreifen, aber unmittelbar unter den Unterschriften des Papstes und Kaisers. Wie in grossem Briefformat zusammengefaltet trägt das Original auf dem Rücken die Aufschrift: *Bulla secreta inter Papam Clementem et Carolum Imperatorem super Concilio indicendo et celebrando et aliis rebus*. Die Aufschrift ist offenbar gleichzeitig und von derselben Hand wie das Innere geschrieben, darum habe ich dieselbe beibehalten. Die gleiche Aufschrift ist dann nochmals als Archivvermerk auf dasselbe Quadrat der Rückseite quer an den Rand geschrieben.

Das Datum der Urkunde betreffend sei noch bemerkt, dass der 24. Febr. für das Leben Karls V. sehr charakteristisch ist: seine Geburt, der glänzende Sieg bei Pavia, die Kaiserkrönung zu Bologna fielen auf diesen Tag.

Bulla secreta inter Papam Clementem et Carolum Imperatorem super Concilio indicendo et celebrando et aliis rebus.

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

Ut Dei voluntate et assistentia cuncta, quae fidem catholicam et rempublicam christianam, communem ac universalem pacem et christianitatis defensionem adversus communem ho-

stem illius concernunt, et negotia particulariter importantia et dependentia, quae in hac urbe Bononia inter Sanctissimum Dominum Nostrum Clementem divina providentia Papam septimum ac Serenissimum Principem Dominum Carolum Romanorum Imperatorem Augustum ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae etc. Regem deliberata, consultata et tractata fuerunt, certiora magisque stabilita sint et permaneant, et ut Suae Sanctitas et Maiestas possint quilibet pro sua parte eo melius correspondere illis recte dirigendis et observandis in mutua unione, sincaera intelligentia et assecuratione pro utriusque eorum dignitate et praedictarum rerum particulariter consideratarum ratione, ex occasione praenarrata inter eos conclusi et tractati fuerunt articuli subsequentes.

In primis, quod S. D. N. insequendo scripta et diligentias factas apud Reges, Principes et Potentatus christianos denuo super his rescribet et instabit, ut in eis quae super convocatione et celebratione concilii deliberata sunt, sese conformes reddere velint, et ad hoc Sua Sanctitas specialiter nuntium suum ad Christianissimum Regem destinabit. Similiter S. S. et Caesarea Maiestas exnunc nuntios et oratores suos ad Germaniam destinabunt cum instructionibus opportunis ad praenarratum finem et ad promovendum dictam convocationem concernentia, iuxta media in huiusmodi instructione contenta, faciendo et adhibendo omnem diligentiam quam negotii qualitas exegerit. Et casu, quo Germani et alii Principes et Potentatus et praesertim praedictus Rex Franciae consentient dictam concilii convocationem, indicetur et iuxta praedictas instructiones celebrabitur; et si Germania contradixerit, procedetur via compositionis, quatenus fieri poterit absque laesione rerum substantialium christianae fidei nostrae et non admittendo ea, quae forent exorbitantia contra constitutiones et praecepta nostrae sanctae matris ecclesiae. Et si ad huiusmodi compositionem deveniri non posset, deliberabuntur alia remedia, quae meliora aut saltem ad evitanda maiora inconvenientia videbuntur. Et in illis omnibus praedicta Sanctitas et Caes. Mai. operam dabunt secundum quod communi consilio illis visum erit, et pro temporis rei que exigentia convenire.

Similiter etiam requiret S. D. N. praedictos Principes et Potentatus christianos ad auxilium et assistentiam praestan-

dam pro defensione contra Turcas, et sive illi opem ferre velint sive non, nihilominus S. S. et Caes. Mai. quantum possint iunctim et bona fide vires suas impendent iuxta importantiam et qualitatem invasionis hostis, et intertenebunt Suae Sanctitas et Maiestas videlicet praedictus S. D. N. tres triremes et praedicta Caes. Mai. duodecim, ut ad omnem necessitatem praesto sint, tam pro praenarrata resistentia quam pro defensione particulari Italiae iuxta ligam defensivam, de qua in praesentiarum hic tractatur tamquam de re non modo Italiam, verum etiam totam christianitatem concernente. Et quia per exercitus et expeditiones, quas Turca praeterito anno tam terra quam mari paratas habuit ad invadendum christianitatem facile (est) coniecturari illius vires et verisimiliter indicare, quos conatus posset adversus christianitatem redeundo facere, consultum et conventum fuit inter ipsum S. D. N. et Caes. Mai., ut adveniente casu, quod Deus avertat, quod Turca rediret et aliquid contra christianitatem moliretur, eo casu adiuvabit Sanctitas Sua cum toto posse et viribus aderit, una cum auxilio sedis apostolicae et ecclesiae, ita ut clarissimum sit et compertissimum, Suam Sanctitatem in nullo quod ad dictam defensionem attinebit defuisse. Similiter et Caes. Mai. repromittit adesse et una cum assistentia et adiutorio Sanctitatis etiam ad hanc defensionem se accommodare et intendere, quemadmodum Caesarem et Principem catholicum decet, et in hoc etiam S. S. eidem Caesari favebit ipsumque in eum casum adiuvabit, concedendo eidem quartas, decimas et indulgentias in suis terris et dominiis, quas ecclesia sedesque apostolica in simili concedere solet. Quod si vires hostis tam magnae non fuerint, tunc dicta assistentia iuxta qualitatem et rationem rei et necessitatis et non ultra fiet. Atque si praedicti Potentatus christiani aut eorum aliqui. contribuerint seu auxilium praestiterint, dictae impensae secundum hoc diminuentur. Pari modo praedictus Summus Pontifex et Caesar requiri facient et sollicitabunt apud status Germaniae, ut consentiant in auxilium durable aut in aliam rationem defensionis a parte Germaniae, pro necessitate quae posset evenire et ad finem, ut Suae Sanct. et Caes. Mai. sint exoneratae. Similiter intendit et instabit S. D. N. apud Religionem Rhodiensem, quatenus iuvent et assistant praedictae defensioni pro eorum virili, et quod ex nunc fiat assecuratio

triremium et aliarum navium, quas pro defensione praedicta poterunt praestare. Praeterea aget S. S. apud praedictos Rhodienses pro defensione Coron et aliorum locorum expugnantorum nomine Maiestatis Suae per Principem Melfiae ¹⁾. Quae quidem loca Mai. S. praedictis Rhodiensibus conferre et de eis in beneficium reipublicae christianae disponere consentiet, secundum quod per Sanctitatem Suam tractatum fuerit.

Et quia otium et quies Italiae magnum momentum habent ad pacem universalem totius christianitatis, quemadmodum et praeteritarum experientia et evidentia rerum praesentium demonstrant, convenerunt et concluderunt praedicti S. D. N. et Mai. Caes., quod non facient neque tractabunt quicquam, quod directe vel indirecte possit dare occasionem aliquam ulli Principi aut Potentatui extra dictam Italiam ad faciendum expeditionem generalem aut particularem. Immo impredient pro eorum viribus et cum omni eorum potentia resistent omnibus conatibus, qui attentari possent, et haec omnia bona fide. Nec Suae S. et Mai. facient ullum tractatum neque confederationem cum aliquo Principe seu Potentatu cuiuscunque dignitatis, gradus aut qualitatis existat, nisi cum voluntate et consensu alterius respective et cum expressa reservatione huius et aliorum praecedentium tractatuum factorum inter Suas Sanctitatem et Maiestatem.

Insuper si praedictus S. D. N. tractaverit et convenerit super matrimonio Dominae Catherinae de Medicis suae neptis cum aliquo filio Serenissimi Regis Franciae, Sanctitas S. quemadmodum Mai. Caes. semper consuluit, in his quae de praedictis omnibus consultata sunt, procurabit pro viribus et boni Pontificis officio, ut sit segura, quod dictus Rex Franciae intendat et assistat bona fide celebrationi concilii et remediis rerum religionis, pariter defensionem contra Turcas, et quod observabit tractatus Madritiensem et Cameracensem et pacem communem, non attentando aut moliendo quicquam per vim in Italia nec movendo practicas pro ipsius Italiae perturbatione. Et quod idem Rex patiatur iustitiam super divortio inter Regem Angliae et Reginam, Maiestatis Caesarum materteram fieri et executioni demandari iustitiaeque assistet

¹⁾ Der berühmte Genuesische Admiral Andrea Doria.

aut saltem uni aut alteri partium non favebit. Et casu quo praedictus Rex Franciae ullo tempore contrarium praedictorum faceret, S. D. N. propterea non desinet intendere remediis fidei, resistentiae contra Turcas et defensionem Italiae, ut supra conventum est, et facere dictam iustitiam et pro virili obviabit omnibus conatibus et motibus, quos praedictus Rex Franciae seu quisquis alius fuerit in contrarium moliri aut facere vellet, praedictis tractatibus contraveniendo et publicam pacem turbando. Et in eo se expresse adveniente casu contra praedictum Regem seu alios quoscunque declarabit.

Item praedictus Summus Pontifex, faciendo dictum matrimonium in Francia aut cum alio quocunque, habebit bonam advertentiam ad quietem, securitatem et stabilitatem rerum Ducis Alexandri nepotis Suae Sanctitatis et sponsi illustris Dominae Margaritae de Austria, filiae naturalis Caesareae Maiestatis, tam in his quae concernunt Florentiam quam in aliis. Et quod praedictus tractatus matrimonialis praefatae neptis contineat bonam expressam et sufficientem quittance et renunciationem omnium, quae ipsa neptis posset praetendere, conqueri aut petere ex quacunque causa, titulo seu occasione in praedicto statu Florentiae, administratione et bonis, quae praedictus Dux tenet ac possidet seu alibi ubicunque.

Insuper praedicti S. D. N. et Caes. Mai. et eorum quilibet promittunt conservare dictum Ducem Alexandrum pro totis viribus adversus omnes quicunque illi fuerint, etiam si esset praedicta neptis eiusve maritus futurus aut alii quicunque, qui vellent praefatum Ducem impedire tam in his quae concernunt Florentiam quam in aliis quibuscunque ab eo possessis, et praecipue Sua Mai. in hoc accuratam advertentiam semper et continue habebit et in omnibus, quae concernunt honorem et commodum dicti Ducis, tam ratione affinitatis, quam singularis affectionis, quam gerit adversus Sanctissimum D. N. et conservationem domus et familiae Medicorum.

Item quoad supplicationem factam per Suam Mai. Sanctissimo D. N. pro administranda bona et aequa iustitia super divortio Anglicano et pro huiusmodi iustitia promovenda, et maturando et amputando omnem superfluum dilationem, et ne S. S. consentiat neque ullam provisionem faciat, qua huiusmodi causa alio remittatur neque alibi tractetur quam Romae,

nisi cum expresso consensu dictae Reginae aut ea debite audita, neque consentiat aut permittat quicquam praedicto Regi Angliae, per quod occasionem aut colorem praetendere posset contemnendi aut fugiendi iudicium causae et eius definitionem, neque etiam possit continuare consuetudinem cum Anna de Boulans; immo Sanctitas S. faciet prosequi Breve ¹⁾ novissime super eo expeditum, illud non revocando aut suspendendo et omnes provisiones dabit, quae de iure et aequitate debent sequi dictum Breve et ulteriorem executionem ad prohibendum et impediendum dictam Regis consuetudinem cum praedicta Anna. Et praedicta Sanctitas S. non tractabit quicquam cum aliquo quicumque sit, quod possit dare occasionem impediendi expeditionem dictae causae, sententiae executionem et remedium Brevis supradicti, Suaque S. in omnibus in hoc capitulo narratis habebit bonam advertentiam ad faciendum et providendum quidquid conveniat dictae iustitiae promotioni, diffinitioni et executioni eiusdem de iure, aequitate et secundum exigentiam negotii absque ullo alio respectu.

Et quia fortassis nonnulli per occasionem debiti Suarum Sanctitatis et Maiestatis tam in negotio fidei, indictione et celebratione concilii, provisione et resistentia contra Turcas et defensione dictae Italiae possent attentare et moliri contra eorum dignitates, titulos et status, ipsi Summus Pontifex et Imperator promittunt tali casu reciproce et mutuo assistere alter alteri ad eorum defensionem et manere uniti totaliter adversus et contra omnes. Et pariter Serenissimus Imperator non solum uti filius primarius ecclesiae, sed etiam ob singularem reverentiam et affectionem, quam gerit erga S. Sanctitatem et sanctam sedem apostolicam et particulariter erga personam Sanctitatis S., promittit impendere personam, Regna, Dominia et subditos ad sustentationem et defensionem dicti Sanctissimi D. N. et illius dignitatis et sedis apostolicae et ad conservationem honoris et personae Sanctitatis S. idque omni fide, synceritate et integra affectione, et habere semper protectionem domus S. Sanctitatis et eius consanguineorum et affinium.

¹⁾ Breve vom 23 Dezember 1532 bei Le Grand, *Histoire du divorce* III. p. 558-568.

Quos quidem articulos S. S. Caesareaque Mai. concordarunt, tractarunt et promisserunt respective unus alteri observare et illis satisfacere in omnibus et per omnia iuxta eorum tenorem et continentiam, et hoc super eorum iuramentis ad sancta Evangelia praestitis sub hipoteca et obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum. In quorum testimonium ipsi S. D. N. et Caesar hic se subscripserunt et sigilla sua solita apposuerunt.

Datum in civitate Bononiensi et Palatio Sanctissimi Domini Nostri die vigesima quarta mensis Februarii anno a Nativitate Domini more Romano Millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Ita est. J. manu propria.

CAROLUS.

Ad mandatum Sanctissimi
D. N. proprium
JACOBUS SALVIATUS.

Ad mandatum Caes. et
Catholicae Maiestatis pro-
prium C. FRANCISCUS DE
LOS COVOS.